



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Epistola XLVIII. Benedicto sancti Benedicti puero Mauro Albinvs Salvtem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

cessit: Martinus in vico apud sanctum Iodocum infirmus remansit. pro cuius sanitate, vt DE I deprecaris clementiam, obnixè flagito. De Mopso, qui apud S. Martinum cur audisti, infirmatus est, nihil audiui certum. nec te ante missos illius vidi. Sed pene tristitia totus absorptus in filia mea, quæ tres dies penè desperata fuit. sed modo donante diuina misericordia per preces seruatorum DE I, eleemosynarum largitatem, benè consolati sumus in qua quia benè recuperata est.

Ecce qualibus pater tuus agitatus est fluctibus. Tu charissime, cum tuæ reuerentiæ commilitonibus pro eo intercedere satage; quatenus spiritus consolationis hos animi motus tranquilla pace componere dignetur. DAVID dilectum suum, & vos omnes victores cum gaudio reducat in patriam. Aeternæ patriæ ciuem te faciat diuina clementia dilectissime fili.

## EPISTOLA XLVIII.

Benedictio sancti Benedicti puero  
Mauro

ALBINVS SALVTEM.

**I**BELLVM, quem me rogante scribere promissum rogo vt tua fiat promissio firma, & mea impletur lætitia. Multis haurientibus fons non siccatur vitæ viæ: ita nec vestra minuitur sapiëntia, tametsi si noli inde hauriat indigentia. Noli spernere me rogantem, nec promittentem abnuere, sed veritas tua, fiat satietas mea. Dilige diligentem te, & da petenti, vt omnia. Quia mandat parenti placere. Valeas feliciter cum pueris tuis in poculo charitatis orantes pro me fratres saluta.